

De nonnullis laboribus Herculis

1. Primo leonem, quem tela violare non poterant, manibus suis interfecit. (*leo, onis: Löwe*)
2. Tum serpentem, cui nomen Hydra erat, temptavit. Cuius capita igne delevit.
3. Cervam celerem capere debuit. Etiam id munus bene perfecit. (*cerva: Hirschkuh*)
4. Aper, qui eum effugere temptabat, in montes cucurrerat. Eum aprum homo fortis umeris suis ad regem Eurystheum portavit. (*aper: Eber*)
5. Aves saevas sagittis interfecit. (*avis, is: Vogel*) (*sagitta: Pfeil*)
6. Boves Geryonis in Italiam duxit, postquam eorum custodem necavit.
7. Denique Eurystheus rex Herculem iussit Cerberum vivum (*lebendig*) e Tartaro educere. Id animal custos Tartari est. Pluto, dominus umbrarum, id permisit, sed unam condicionem dedit: "Si animal sine telis superaveris, Cerberum tecum ducere poteris. Postea Cerberum mihi reportabis!" Profecto Hercules id animal saevum manibus suis in vincula dedit, cum eo ad terram ascendit, Eurystheo ostendit. Tum id fecit, quod regi umbrarum promiserat: Cerberum in Tartarum reduxit.